



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 5. Politia recens Melitæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

biles & falcones magni per totam Europam pretij. Caret Insula ligno, quare indigenae vtuntur fimo boum exsiccato, aut accersunt ex Siciliâ magno pretio olearum ramos. Hinc quoque Cumium pretiosum eductum per Italiam distrahitur.

N v M. 4. *Mores Noui Melitenstum.*

*Indigenæ fortissimi sunt, sed zelotypi; fœminæ in libidinem proniores, ipsæ quoque fortissimæ, & quæ aliquando cum Ianzarisi Turcicis depugnarunt. Parcissimè viuunt, & fermè oleribus, ac herbis. Linguam retinent veterem Punicam, quare verba Platti Punica intelligunt, & Epheta sacrorum codicum apud eos significat adaperire. Præficas mulieres adhibent funeribus suis quæ lacrymas suas vendunt.*

*De Equitibus pauca dicam. Nouitij per annum in Insulâ retinentur, atque exercentur in operibus pietatis, atque militiae. Equites in Hospitiis viuunt, (Auberges vocant) aut si licentiam obtinuerint in domibus suis, aut cum Commandatariis les Commandeurs; Sacerdotes, & Fratres Seruitæ les Freres Seruans, semper in hospitiis degunt.*

*De Magistro, & aliis ad Ordinem spectantibus, non est huius libri opus. Equites ferè sexcenti Valetæ numerantur, reliqui in alia loca per Insulam distributi sunt. Diuiduntur in octo lingas, ut vocant, Provinciæ, Aluerniæ, Franciæ, Italiae, Aragoniæ, Angliae, Germaniæ, Castiliæ ex quâ Lusitanica pendet. Equites Magnâ Cruce ornantur, qui decem annis laxere Melitæ, & quatuor expeditionibus interfuerere, Caravanas vocant. Cætera repte ex Historiâ Melitensi.*

N v M. 5. *Poltia recens Melite.*

*EQUITES Melitenses primùm dicti sunt Nosocomij, seu Hospitij S. Ioannis Hierosolymitani, & post captam Hierosolymam restitere in Syriâ in arce suâ, seu Castro Margatio Margat. Deinde Ptolemaïdem Acre se receperunt; exinde in Insulam Cyprum, vnde occupauere Cyprum sub Magistro Villareto, atque inde dicti Equites Rhodij. Ex Rhodo cieci sunt à Solimano anno 1522. vnde se contulere in Insulam Cretam, Messanam, Centumcellas*

Cf-